



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. An hinc rectè concludant sectarii, nullum esse peccatum
veniale?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

seruando. Nec vero id ipsum simpliciter posuit, sed ut audito-
rem excitaret, atque ostenderet, perfectiorem se introducere
disciplinam. De leg's igitur impleione vsque ad finem
loquitur, cuius nulla pars est, quæ non aliquando ab
aliquo perfecte seruata sit, semperque vsque ad fi-
nem sæculi seruanda.

VERSUS 20.

*Qui ergo soluerit vnum de manda-
tis istis minimis, & docuerit sic
homines, minimus vocabitur in
regno cælorum. Qui autem fece-
rit, & docuerit, hic magnus voca-
bitur in regno cælorum.*

QVÆSTIO I.

*An hic recte concludant Sæctarii nullum esse
peccatum veniale?*

§. 1. **R**espondi de hoc loco in defens. Bellarm. l. 1.
c. 12. contra Pareum, libro quem merito de
crudelitate Calvinistica appellauit. Verum ob alio-
rum obiectiones vberius hoc loco respondendum
est. Omnium quidem illa est argumentatio. Viola-
tio minimi mandati excludit regno cælorum; mini-
ma igitur peccata sunt mortalia. Ita Calvinus l. 2. c. 8.
„ §. 59. [Vtinam (inquit) reputarent quid sibi vellet illud
„ Christi dictum, qui transgressus fuerit vnum de man-
„ datis istis minimis, & docuerit sic homines, nullus ha-
„ bebitur in regno Cælorum. An ex eo numero non sunt,
„ dum legis transgressionem ita extenuare audent, ac si
„ digna morte non esset? Atqui oportuerat considera-
„ re, non simpliciter quid præcipiatur, sed quisnam sit
„ ille qui præcipit, quia in qualicumque mandata ab eo
„ Legis transgressiuncula eius authoritati derogatur.
„ An illis parum est Dei Maiestatem vllâ in re violari?
„ quicquid, Deinde si suam in Lege voluntatem exposuit Deus,
„ displicet, quicquid Legi contrarium est, illi displicet.] Atque
„ hæc hunc in modum Calu. hoc loco insinuat. Daniel
„ est malum. Tossan. alii. Responderat Bellarmin. & Patrum au-
„ thoritate responsionem firmauerat. Non dicit, qui sol-
„ uerit, sed, qui soluerit & docuerit sic homines, non exclu-
„ ditur qui otiosum verbum dixerit, sed qui negarit esse
„ peccatum, otiosa loqui. Ita Hieronymus, & Augusti-
„ nus de Sermonem Domini in monte l. 1. Altera eorum-
„ dem solutio, minima vocari, non quorum violatio
„ minimi sit criminis, sed quæ seruata minimè perfici-
„ ant, ut non adulterabis, & cætera de genere horum,
„ perfectiora enim tradidit Dominus. Tertia D. Chry-
„ sostomi, minima vocari modestiæ causa à Christo, illa
„ quæ ipse adiecit. Denique illa non irasci, non tacere,
„ non fatue dicere esse eiusdem mandati gradus. Hic
„ sensus Bellarminianæ responsionis.
„ Illi obiicit Pareus pag. 152. [Primo. Etsi præcipue
„ falsis doctoribus, legis diuinæ deprauatoribus ibi mi-
„ netur, eandem tamen pœnam deinceps ad quosuis
„ legis transgressores extendit, non dicit: nisi abundaue-
„ rit doctrina vestra, sed iustitia vestra, ergo non solis deprau-
„ atoribus, sed violatoribus exclusionem minatur.
„ 2. Insultum est, minima vocari non occides, & similia,
„ nam etiam illud: non concupisces, huc pertinet. 3. Alia
„ glossa est absurdior, quia Christus non addidit noua
„ mandata, sed vetera vindicauit à corruptelis. Minima
„ vero mandata vocat quadam mimeli, nam Mosaicam
„ Legem suis deprecatoribus postponebat. 4. De gradibus
„ nodum astringit, non soluit: Totum enim manda-

tum violatores regno cælorum excludit, ergo & o-
mnes gradus. Totum enim mandatum prohibet ge-
nus homicidii, gradus mandati prohibent species ho-
micidii, omne autem homicidium tam in genere, quam
in specie excludit.]

Excepi obiectionem in hunc modum: Non me-
lior igitur patrum, quam Bellarmini conditio, eorum
glossa, insulsa, absurda. Calvinistarum sola, palato
facit, & auribus expositio, Ne temere tamen assentia-
mur, omnia probemus.

Ad. 1. Agit illis verbis Dominus, de doctrinæ de-
prauatoribus. Nam toto illo capite, non modo mo-
res Scribarum & Phariseorum perstringit, sed etiam
doctrinæ corruptionem, & his ipsis verbis hoc eum
agere, non tradunt modo orthodoxi, quos Pareus o-
dit, verum etiam Magistri eius, quibus inscius con-
tradicit.

Sed obiicit: De vitâ & moribus etiam postea tractat cum
ait, Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum, &
Phariseorum. Respondeo id verissimum esse, nec ne-
gamus etiam improbos mores regno cælorum exclu-
dere. Qui soluerit vnum de mandatis, & cuius iusti-
tia non abundauerit plusquam Phariseorum, damna-
tionis sententia percellitur, non tamen ideo non agi-
tur prioribus, de facto doctrinæ coniunctim solu-
entibus, posterioribus, de solis factis, non doctrina.
De doctrina prius, de factis deinceps agitur, de factis
vero enormibus, nam quorum iustitia par erat iustitiæ
Phariseorum, hypocritæ erant flagitiosissimi, non le-
uibus obnoxii. Cum ergo iungantur à Christo facta
& doctrina, non debent à nobis seungi.

Nunc etiam hoc addo. Hier. August. l. 1. de Ser-
moni Domini in monte, c. 16. & 17. Chrysost. hom. 16. in
Matth. Greg. l. 19. in Iob. non modo ita interpretari.
Sed etiam vi verborum coactos Calvinianos, Verba
Danielis Tossant. [Et sic docuerit homines, Ergo
ne licet impune soluere legem, modo quis non do-
ceat. Respond. soluere legem hoc loco significat con-
temnim de ea loqui, illam eneruare & male interpre-
tari: quod nominatim fiebat à Phariseis, quos expref-
se taxat, vt ex sequenti versu apparet: Ideo non libe-
rantur à pœna violatores Legis, in genere: verum hoc
loco peculiare iudicium denuntiatur falsis doctori-
bus & interpretibus. Ac si debant quidem Pharisei in
Cathedra Moysi, quatenus lex in templo & Synago-
gis agebatur. Sed rursus illam solvebant & enerua-
bant falsis suis interpretationibus, omnia in externa
quadam obedientia collocantes.]

Quin & Wolfgangus Musculus expresse idem
asserit, vt Pareo maior cum suis, quam nobiscum sit
contentio. Verba sunt. [Ista conclusionis vice ex
præmissis inferuntur, & cum primis doctores regni
cælorum concernunt. Non enim simpliciter di-
cit: Quisquis soluerit vnum ex mandatis hæc mi-
nimis, minimus vocabitur in regno cælorum. Quis-
quis autem fecerit, hic magnus vocabitur. Sed vtraq;
parte addit: Et docuerit. Videtur autem hæc conclu-
sione partim respicere ad id quod dixit, ne existime-
tis quod venerim ad destruendam legem aut Prophe-
tas: partim admonere discipulos, quæ doctrinæ pari-
ter ac vitæ perfectio à doctoribus requirenda sit in re-
gno cælorum: id est, Ecclesiæ illi a noui Testamenti.
Quasi diceret, Longe alia perfectione vitæ & doctri-
næ opus est doctoribus in regno cælorum, quam à
scribis & Phariseis præstari videtis: tam videlicet ab-
est, vt venerim ita annuntiare regnum Dei, vt diuinæ
legis veritatem ac vigorem eneruem. Affirmo enim
vobis, minimos fore vos in regno cælorum, si scriba-
rum more vel minima legis mandata solueritis, & sic
docueritis homines.]

§. 2. Ad 2. & 3. Cum reprehensionem SS. Patrum
finit

filii e argumento contineant, nihil est quod respon-
deamus. Duo errores eius huc pertinet. Nam primus,
enim dicit: Ex mandatis veteris Legis, est etiam illud: Non
concupiscis. Ergo etiam qui soluit mandatum concupiscencie
inordinatis motibus subit, vel deliberatis, minimus erit in re-
gno cœlorum: Ille, inquam, iam supra refutatus est.

Alter error de legibus nouis à Christo non latis, à
Vorstio, aliisque refutatur & alterius disceptationis est.

Ad 4. Quis sit gradus, non intelligit. Species homi-
di non sunt gradus, absit, gradus enim sunt quibus
eo peruenitur, suggestio, motus primus, deliberatio,
ita, indignatio verbo expressa, contumelia, nutans vo-
luntatis in eadem acclinatio, plena consensus, occa-
sionis cura, cædes. Itaque tota ratiocinatio quam im-
peritia fecit, d scissa est.

Verum in illa expositione, vt solidissima persisto.
Agi de illis qui ita mandatum minimum soluant, vt
soluendum esse doceant. Qui enim ociosum verbum
dixerit: non ille ideo aeternum damnabitur, sed si
quis ociosum verbum ita dixerit, vt peccatum esse
neget: ille enim hæreticus est. Atque hoc est, quod
Nazianz. dixit, *ὁ μὴ ἐκ τῆς βίβλου τὸ πρῶτον λέγων*.

§. 3. Aliam solutionem ex Caluini commenta-
tio deducere haud difficulter possumus. [Potro mi-
nima legis mandata vocat ex sensu hominum: nam
et si non idem omnibus inest pondus, sed, dum inter
se conferuntur, alia aliis minora sunt: nihil tamen
minutum censere fas est, de quo præcipere dignatus
est cælestis Legislator. quantum enim sacrilegium
est quicquam contemptum accipere, quod ex fa-
cto eius ore prodierit? Nam hoc modo in ordi-
nem cogitur eius Maiestas: quare vbi minuta præ-
cepta vocat Christus, species est concessionis.]

Sine dubio sacrilegium est, contemptum accipere,
quod ex facto Dei ore prodierit. At vero non con-
temnimus ea mandata, quorum violatione mini-
ma peccata patrari dicimus; sed mortalia, & sempi-
ternorum ignium rea negamus. Itaque si sensus est.
Qui soluerit, id est, contemptum acceperit minima
Dei mandata, minimus erit in regno cœlorum, non
erit inter nos pugna. Si quis enim exigua se culpa a-
stringi existimet, ociose loquendo, aut immoderate
ridendo, in Dei aeterni contemptum, iam morta-
le crimen est, non actionum ipsarum turpitudi-
sed impietas, qua Numen spernitur. Imo adia-
phora, si quis ad Dei contemptum referat, vt studia
litterarum, ambulationem, cantum, mortalis deli-
cti reus est. Quod si igitur quispiam ista duelle-
re conetur, non tamen inde confecerit, soluere
minima mandata crimen esse, sed cum superbo
& profano Dei contemptu soluere, id demum esse
damnabile.

VERSUS 21.

*Dico enim vobis, nisi abundauerit
iustitia vestra, plusquam Scriba-
rum, & Phariseorum, non intra-
bitis in regnum cœlorum.*

QVÆSTIO I.

Quæ sit iustitia Phariseorum?

§. 1. **V**eram iustitiam non fuisse Phariseorum o-
stendit de regno cœlorum exclusio. Quis-
quis enim vere iustus est, in regnum cœlorum ad-
mittitur.

Itaque non indicat eiusdem generis esse iustitias
Apostolorum, & Phariseorum, gradu distinctas;
Adami Conz. in Euang. Tom. I.

sed omnino diuersas, Analogiâ quadam similes, v-
ti sunt res veræ, & vmbaticæ. Atque ita accipiendum
ἐκ τῶν ὁσίων; dicitur enim de eo quod redundat, &
superest, Ecclesiast. c. 3. *ὃ ἐκ τῶν ὁσίων ὁ ἀνθρώπος ἐκ-
τείνεται*, quid amplius habet homo præ iumento?
Περαιότερος est egregius, excellens. *ὁ ὢν καὶ ἀμύνων*, qui
præstat aliis, quod idem indicat Syrum *ܬܝܬܝܬܐ* Thi-
thar, ab Hebræo *יָסִיד* letheret.

§. 2. Considerat Pareus argumentationem, &
concludit priore versu de doctrinâ & operibus agi
disiunctim; nempe hanc partem eo pertinere, vt o-
stendar, si quis minimam legem violet, minimum esse
vocandum in regno cœlorum, de violatione igitur a-
gitur non de doctrinâ.

Verum res ipsa clamat aliud. Dixerat, eum qui v-
iustitia num ex minimis violauerit, & sic docuerit, mini-
mum vocandum in regno cœlorum. Hinc deducit *Phariseo-
rum cælo* Phariseos non intraturos, quoniam soluere mini-
excludi-
ma, & sic homines docerent: ac consequenter nec tur.
iplos Apostolos intraturos, nisi eorum iustitia esset
præstantior iustitiâ Phariseorum. Quæ iustitia erat
operum externorum, non animi; deinde docebat
quædam impia, vt non honorandos parentes, deci-
mandam mentam & anetum, & relinquenda grauio-
ra legis. Verum ex his etiam contra Pareum docent
eius collegæ, de doctrinâ, non modo operibus Phari-
sæorum Christum loqui.

[Nempe Aretius comment. in cap. 5. Matth. v. cæ-
trumque coniungit. Censuram Christi iam audi: cæ-
duas habes iustitiæ species & duplicia mandata, di-
uersum & nouum, imo inauditum Christi iudicium cæ-
est. Magna magnis debentur, Phariseorum iustitia cæ-
non habebit magnam compensationem, imo nullam cæ-
habet: ergo magna non est ista iustitia, & quia nullam cæ-
habet laudem, sed comminationem pœnarum, vera cæ-
non est, iacet ergo opinio magnæ iustitiæ, & eo cau-
satur iudicium ipsorum de magnis mandatis, & par-
uis, conuincuntur mali Doctores, ex malis opera-
toribus: mali vero operadores ex destitutione præ-
mii. Quæ igitur parua docuerunt esse, illa reuera cæ-
magna sunt, & quæ magna prædicarunt, illa reuera cæ-
parua sunt; Imo etiam pugnantia cum mente legis-
latoris.]

Imo ipse Caluinus iam ante Pareum confutatur.
Verba eius hunc in locum ita habent. [Perstringit Pha-
riseos, inquit, qui maculam Euangelii doctrinæ asper-
gere moliebantur, quasi esset legis dissipatio. Hac de
re quidem non disputat, sed tantum breuiter osten-
dit, nihil minus in eorum animis regnare quam legis
zelum. ac si dixisset, mihi se infestos esse simulant,
quia nolint violari legem: atqui ex eorum vita ap-
paret quam frigide legem colant: imo quam secure
illudant Deo, dum se laruatâ ac fictitiâ iustitiâ apud
homines venditant. Sic plerique interpretes. Sed vi-
de annon vitiosum docendi genus magis insimulet, cæ-
quo populum imbuerant Pharisei & Scribæ. Nam cæ-
cum legem Dei restringerent tantum ad externa of-
ficia, discipulos suos, quasi Simias, ad hypocritin for-
mabant. Non inficior æque perperam, imo deterius
vixisse quam docebant. Ideo libenter fucosam fal-
sæ iustitiæ ostentationem cum peruersâ doctrinâ cæ-
complector. Quod tamen præcipue in hanc inue-
hatur Christus, ex sequentibus facile patet, vbile-
gem repurgans à prauis eorum commentis, suæ pu-
ritati restituit, in summa, quod illi à scribis inique ob-
iectum fuisse diximus, in ipsos valide retorquet. Vi-
dete, inquit, quam dextri sint ac idonei legis inter-
pretes: Iustitiam enim fabricant, quæ ianuam cælo-
rum præcludat suis cultoribus.]

§. 2. His ex verbis solide demonstrat Bellarminus
I. 3. de iustit. c. 12. Neminem sine speciali reuelatio-
ne de